ERYCI PVTEANI

PECVNIÆ ROMANÆ RATIO:

Facillimo ad nostram calculo revocata,

In gratiam Iuventutis.





LOVANII,
EX OFFICINA RIVIANA.
CIↃ. IↃC. XX.

Illuſtriſſimis Fratribus

PETRO ET STANISLAO DANILOWICZ DE ZVROW,

Illuſtriſsimi V. NICOLAI DANILOWICZ DE ZVROW,
Supremi Poloniæ Theſaurarii, Semborienſis, Bielecenſis, Drobbicenſis Czerwonogrodenſis, &c. Capitanei FILIIS,

ERYCIVS PVTEANVS S. D.



PECVNIA quàm alienus ſum, tam libenter veterem illam, & præcipue Romanam tracto: non cumulandi ſtudio, ſed ſciendi. Sic verò & liberalis

ossum, si numerem, nec
deam; si lustrem, nec
:ipem. Ponite calculum:
:re hîc largiri est, & qui
nat, nunquā exhauritur.
discere hic ditari est; &
ic accipit, verè obligatur:
pit thesauros, qui perpe-
unt, nullúmque fortunæ
erium sequuntur: the-
os, quos ferre è Patriæ
:ndio nunc etiam Philo-
ius possit, & vacuus ni-
minùs ire. Vt rem di-
: computabimus cum
manis Asses, Sestertios,
reos, & cum Sapientibus
temnemus: habebimus,
à cingentibus liberalita-
vitiis alieni erimus, A-
va-

varitiâ & Profusione. Vestra hæc etiam in hac ætate virtus est, & velut à Parente, incorruptissimo potentiæ integritatísque exemplo, derivata. Summi estis, & majoris Doctrinam, quam Pecuniam facitis: optimi estis, & in eo toti, uti utilissimi Reipublicę evadatis. Hinc Litteris insudare, & linguam ingeniúmque excolere, suavissimæ vobis feriæ: unus hic scopus studiorum, Pacis Bellíque artes generoso labore complecti: Scire, quicquid tam multi hodie magníque cum publico damno nesciunt. Inter hæc igitur & PECVNIÆ ROMANÆ RATIO,

cognitio eſt, magna
ię nec nō Antiquitatis
uam nuperrime Taci-
sâ explicatam, oculis
ƒeſtris, & ſic omnium
io. Semel faciendum e-
t res peregrinitate ſuâ
lis difficultatem exue-
ſcura caliginem, mole-
dium. Ad ſummam,
uid in calculis & ratio-
præcipuè ſpectari ſo-
cutus ſum: an aſſecu-
eſtrum erit judicium.
. Lovanii, in Arce,
d. Kalend. April. ∞.
x.

IN-

INDEX CAPITUM

CAPVT I.
Origo Pecuniæ apud Romanos, Vsus, Discrimen.

CAPVT II.
De Pecuniâ Æreâ.

CAPVT III.
De Pecuniâ Argenteâ.

CAPVT IV.
De Pecuniâ Aureâ.

CAPVT V.
Supputatio Æris.

CAPVT VI.
Supputatio Argenti.

CAPVT VII.
Sestertii in rationes ducti.

CAPVT VIII.

Sestertia ad calculos revocata.

CAPVT IX.

Supputatio Sestertiorum Adverbialis.

CAPVT X.

Supputatio Auri.



PECVNIÆ ROMANÆ RATIO,

Facillimo ad nostram calculo revocata.

CAPVT I.

Origo Pecuniæ apud Romanos., Vsus, Discrimen.



ENTIVM morem etiam Romani secuti, res omnes metalli pretio æstimârunt. Nihil utilius; sed nihil quoque damnosius fateare. Etenim postquam rejectâ Permutatione, uni cœperunt Pecuniæ obnoxia cuncta esse, cupiditas laxata est, omnibúsque ut pateret vitiis animus, avaritiam admi-

it. Plinii verba ſunt: *A nummo prima ſt origo avaritiæ excogitata, quæſtuoſa ænore ſegnitia.* Vires, ut ſic dicam, ri, argento, auro datæ, quibus fas uccumberet nefaſque, & quicquid n rebus eſt humanis. Sed abuſum olo perſequi: uſum laudo. Vnius ?ecuniæ beneficio commercia vigent, bella geruntur, pax floret, via agitur, vivunt omnia. Prima in Nomine varietas eſt, hominumque bonum promiſcuè Romanis PECVNIA, NVMMVS, MONETA appellata. PECVNIA, quia pecudis notam principiò referebat, à Servio Rege, & quidem imitatione Græcorum, ſignata. Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Servius Rex primus ſignavit AEs. Antea rudi uſos Romæ Timæus tradit. Signatum eſt notâ pecudum, unde & Pecunia appellata.* Varro tamen altiorem cenſet, & à Paſtoribus originem eſſe. Fortaſſis quia opes olim in pecudibus, & quicquid unuſquiſque poſſidebat Pecuniæ vocabulo

cabulo fuit. Huc igitur respexit Servius, & simplicissimam Antiquitatẽ *ære* suo signauit. NVMMVS à Græcis tanquam νῦμμος; etsi Latinum è Suetonio Suidas faciat, & à Numâ derivet. Pollucem hîc audio, lib. IX. cap. VI. ὁ δὲ νῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. *Nummus videtur quidem Romanum numismatis nomen; sed est Græcum, eorum qui in Italiâ & Siciliâ Doris habitarunt.* Nititur verò auctoritate Epicharmi & Aristotelis: quorum ille, ἐν ταῖς χύτραις, aliquoties νύμμους nominat. hic, ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ testatur, νόμισμα νῦμμον appellari, insignitum Tarentis effigie, Neptuni Filii, delphino insidentis. Νῦμμος igitur à νόμος, quemadmodum & νόμισμα. A lege enim, ut Aristoteles ait, vim pretiumque capit. MONETA à monendo: Signo enim in metallum impresso, pretium, auctorem, tempus indicat. Antea

rude

ıde metallum erat, ἐριθεῖν μεγέθει, σταθμῷ, ut Aristotelis verba usurem; *magnitudine & pondere definitum.* Nota accessit, τοῦ ποσοῦ σημεῖον, & ut abor sive molestia metiendi atque ponderandi cessaret. A Monetâ Triumviri Monetales, qui Pecuniæ flanlæ feriundæ Præfecti erant. Sed & pari origine Iuno Moneta. *Bello* namque *Tarentino*, ut Suidas narrat, *adversus Pyrrhum, cùm Pecuniâ Romani egerent, votum Iunoni fecerunt. Respondit Dea, si integra inter arma Iustitia esset, Pecuniam non defuturam. Voti compotes, Iunonem colere Monetam cœperunt, facto quoque decreto, ut in ejus fano nummi cuderentur.* Satis est nominis: in re PRETIVM, & SVPPVTATIONEM considero. Pretium Materiâ, Supputatio Modo & Vsu constituta est, formulísque suis distincta. Materia olim, & apud alios alia; ne luteos, scorteos, ferreos nummos persequar: apud Romanos Æs, Argentum, Aurum.

CA-

CAPVT II.
De Pecunia Æreâ.

PRIMA ex Ære pecunia, & à Servio Tullio signata: jam tum Regina, quia à Rege; & rebus omnibus imperatura, licet à servo. Conditionem suam aut Fortunam jactent mortales, hîc nemo liber est; & æreis istis vinculis ligari, suave quisque putat. Ecce à Rege & Romano hæc servitus, & magis quoque in ipsâ libertate coli cœpit. Cum Horatio dicam:

Imperat aut servit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potiùs, quàm ducere funem.

Sanè Æris nomen pro quavis postea Pecuniâ: unde *AEs alienum, Obæratus, AErarium*. Vlpiani verbis, *etiam Aureos nummos AEs dicimus*. Seneca lib. v. De Beneficiis: *AEs alienum habere dicitur, & qui Aureos debet*. Ex Ære igitur *As*, & partes Assis.

læ quatuor: *Semissis, Triens, Quadrans, Sextans*. As, etiam *Assis*, omnianquam Æs: interdum *Assarius*, τάριον, *Aßipondium, Libra. As* enim, bente Varrone, lib. IV. De L. L. t *libra pondus*. Unde & signum. An licio? *Dupōdius à duobus ponderibus, od unum pondus Aßipondium dicebar*. A librâ autem *Asses Librales*, tales illi Serviani passim citati, & pendi soliti. Hinc *expensa* in rationibus, *Compendia, Dispendia, Impendia, Dependere, Dispensator, Pensio*, de quibus Varro. Vetus item formula, *Per AEs & libram emere*: id est, per Assem & libram. Libripendes enim sive Pensatores adhibiti. A librali etiam hoc pondere, Æs grave dictum. Verè Grave; quia bajulari magis solet, quàm ferri; in humeris, non in Zonâ: sanè crumenam pendentem è collo gerebant. unde *Decollare* de Pecuniâ, quæ deponitur, exponitur, perit. Hinc & stipari Æs solitum, curiosè Varro docet, & sic Stipem vocari:

cari: *AEs quoque Stipem dicebant.nam quòd Asses libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arcâ ponebant, sed in aliquâ cellâ stipabant, id est componebant, quò minus loci occuparet.* A stipando igitur *Stips*; & quia pendebatur, *Stipendium*. *Stipulari* quoque & *Restipulari* dicitur, qui Pecuniam alligat. Non mansit verò hæc gravitas: qui initio librales, *Sextantarii* facti, ex uno Asse seni, bello Punico secundo. Deinde *Vnciales*, ex uno Asse duodeni, bello Punico tertio. Denique *Semiunciales*, lege Papiriâ, ex uno Asse vigintiquatuor. Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cùm impensis Respublica non sufficeret, constitutúmque, ut Asses Sextantario pondere ferirentur. ita quinque partes factæ lucri, dissolutúmque æs alienum. Postea Annibale urgente. Q. Fabio Maximo Dictatore, Asses Vnciales facti. placuítque Denarium* XVI. *Assibus permutari, Quinarium Octonis, Sestertium*

Qua-

rnis. Mox lege Papiriâ Semiun-
Asses facti. Monetæ hujus si-
n Ovidius lib. I. Fast. exprimit,
l Saturni in Italiam adventum
rt:

At bona Posteritas puppim signavit
in are,
Hospitis adventum testificata Dei.

istincte Plinius, lib. XXXIII. cap.
II. *Nota aris fuit ex alterâ parte Ia-*
us Geminus, ex alterâ rostrum navis.
n Triente verò & Quadrante rates.

Partes Assis, uti è Festo colligi-
tur, à Tarquiniô Superbo signatæ, *Se-*
mis, Triens, Quadrans, Sextans.

Semissis Varroni lib. IV. De L.L.
quasi *Semias, id est dimidium Assis*. I-
dem lib. IX. *Dicimus eandem rationem*
habere Assem ad Semissem, quam habet
in argenti libella ad sembellam. Martia-
lis lib. XI. Epigrammate CVI.

Mittebas Libram, Quadrantem Gar-
rice mittis:
Saltem Semissem Garrice, solve mihi.

Hinc Semissis homo, vix Semisse
æsti-

æſtimandus. Vatinius ad Cic
Simius, non Semiſsis homo c
arma tulit. Crinitus lib. I. ca
De Honeſtâ diſciplinâ, à Se
iam Semiſſios eſſe dictos arb
Tertulliani loco inductus, i
logetico: *Sarmentitios & Sem*
pellatis, quia ad ſtipitem dimidii
vincti ſarmentorum ambitu ex
Verùm hic legendum eſſe *Se*
& *ad Stipitem dimidii axis* liqu

TRIENS, Eidem Varro
tia pars Aſsis. Iuvenalis Sat. I.
— *Nec habet quem porrig*
Trientem.

QVADRANS, quarta pars
quemadmodum & hoc vocab
Plutarchus alibi reddit. priùs T
cem vocatum à tribus unciis
nius indicat: has enim con
bat. Apud Iuvenalem Sat. VI
Quadrante lavari. Balneum enim
ùm Seneca dicam Epiſt. LXX
es *Quadrantaria* erat. Quadran
erò & Trientem Ratitum quo

licebant. Festus: *Ratitum Quadrantem dictum putant, quod in eo & Triente ratis fuerit effigies, ut navis in Asse.* De Plumbeo controversia est, quem fuisse Quadrantem plerique censent; hoc potissimùm argumento, quia & hic & ille pro Sportulâ, sive mercede diurnâ Anteambulonum à Martiali ponitur. Quadrans, lib. x. Epigr. LXXIV.

— Salutator
Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor Plumbeos die toto.

Plumbeus, lib. x. Epigram. LXXV.

Sportula nos junxit Quadrantibus arida centum.

Quid dicam? non statam ac perpetuam hanc mercedem fuisse: sed diversâ potiùs pecuniâ & ratione æstimatam. Nam apud eundem Poëtam, lib. IX. Epigr. CIII. tres Denarii nominantur.

Denariis tribus invitas, & manè togatum
Observare jubes atria, Basse tua.

Tres

Tres Denarii hîc Quadrantes centum viginti. Præterea invitandi verbum arbitrariam Sportulam indicat. Quadrantes igitur dictos magis fuisse Plumbeos arbitror, quàm fuisse. Nulla enim apud Romanos Pecunia è plumbo : sed Plumbea per contemptum, quasi vilis; quæ & Nigra moneta eidem Poëtæ, lib. 1. Epigr. c.

Toto quæ semel apparas in anno,
Nigræ sordibus explices Monetæ.

Eodem tropo vina Plumbea, & mala plumbea, apud eundum. Quemadmodum autem viles Nummi, Plūbei: ita fictitii, Lupini: Horatius:

Nec tamen ignorat, quia distent æra lupinis.

Atque hoc erat aurum illud Comicum; imò aurum maceratum apud Plautum Pœnulo, Act. III. Sc. II.

Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbariâ boves,

SEXTANS, sexta pars Assis, Trientis dimidium. Livius lib. II.

Menenio: *Extulit eum plebs, colla-*
in capita Sextantibus. Pariter Pli-
nius lib. XXXIII. cap. X. *Agrippæ Sex-*
tantes Æris in funus contulit.

Æstimatione monetæ nostræ As vel Decima, vel Decimasexta pars Regalis est, quemadmodum Denarii fuit.

Cùm DECIMA, Semistuferum nostrũ valet; Galli Grossum, Itali Solidum appellant. Decies enim hæc sumpta Regalem constituunt. Ergò,

Semissis, Quartam partem Stuferi, quæ nobis corrupto inde vocabulo Oort.

Triens, Sextam partem Stuferi,

Quadrans, Octavam partem Stuferi, sive Novenarium, een Negenmanneken.

Sextans, Duodecimam partem Stuferi.

Verùm, cùm As DECIMASEXTA Denarii pars est, Quartam partem Stuferi nostri, & Seminovenarium valet. Decies enim Sexies hæc sumpta Regalem constituunt. Ergò,

Semissis, Nouenarium & Quartam partem Novenarii.

Cæteræ Assis partes suo sic pretio & proportione æstimandæ: quibus nostra omnis hodie pecunia major est.

CA-

CAPVT III.

De pecuniâ Argenteâ.

ILLECTI Ære Romani, facilè ad Argentum traduci potuerunt. Pecunia placuit: quidni & Nummus? Puriori jam paullatim metallo avaritia digna fuit, & in compendium opes deducendæ erant, quia creverant. Ad plebem Asses, & onera: noluit ultrà nisi Argento manus nobilior inquinari. Sed nec plenum usum Pecunia habuit, nisi condi jam & abscondi posset, quæ stipari solebat, & in oculis esse. Latere igitur cœpit, ut insidiis obnoxia esset: custodiri cœpit, ut furta nascerentur. Quando? si Plinio credimus, lib. XXXIII. cap. III. *Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem devictum usus est.* Distinctiùs etiam? *Argentum signatū est anno Vrbis* CCCC. LXXXV. *Q. Ogulnio & C. Fabio Coss. quinque annis ante primum bellum Punicum.* Accedunt

cedunt alii : abit Varro, qui apud Carisium lib. I. Institutionũ, Nummum Argenteum conflatum primò à Servio Tullio tradit. Sed quacumque origine, Nummus ex Argento Triplex fuit, DENARIVS, cujus nota, ut ait Volusius, ista, X, & partes Denarii QVINARIVS, V, SESTERTIVS, HS, LIBELLA, SEMBELLA, TERVNCIVS.

DENARIVS, ut cum Varrone dicam, *quòd denos AEris valebat*, id est Asses. Plinius lib. XXXIII. cap. III. *Placuit Denarius pro X. libris AEris*. Sic Sosipater lib. I. *Apud Antiquos Denarium decem Asses habuisse, ideóque in rationibus faciendis Denarium decussi inducto notamus*. Quia Bigis Quadrigísve insignitus, etiam *Bigatus* atque *Quadrigatus dici cœpit*. Plinius : *Nota argenti fuêre Bigæ atque Quadrigæ, & inde Bigati Quadrigatíque dicti*. Sic Festus: *Nummi Quadrigati & Bigati à figurâ cælaturæ dicti*. Et simpliciter *Argentum* ; pondere

&

& pretio par Drachmæ Atticæ; in quo *Auctores* fere consentiunt. *Crevit* autem jam tum à Bello Punico *II. Argenti* æstimatio, atque *Denarius* Sedecim Assium fuit, auctis *pari ratione* Quinario, Sestertioq;. Vitruvius lib.III. cap.I. Plinii [...]lara verba sunt lib.XXXIII. ca. III. *[A]sses unciales facti, placuitque Dena[ri]um XVI. Assibus permutari, Quinari[u]m octonis, Sestertium Quaternis. Ita [Res]publica dimidium lucrata est.* Et [quo]modò dimidium? Quia Denari[us Se]*decim Assium*, in Sextantariis [..]*I*. habebat Vncias, in Vnciali[bus] VI. Totidem igitur factæ lucri. [D]*enarium* Sedecim Assibus æ[stimat]um, Milites quoque apud Ta[citum] [.]. Annal. ostendunt, conque[ren]*tis in diem Assibus animum & [vitam æs]timari*. Ergo levamentum [postulant] *ut singulos Denarios mererent*, Dio, δραχμὴν ἡμερησίαν. [H]ac ratione leni Asses diur[ni ..]dio accessuri erant.

 Mansit

ısit hæc æstımatio, & frustra ui reductā censent Volusius: *Denarius sedecim, Victoriatus & arius octo, Sestertius quatuor Asses.* Idem: *Postea quam in sedecim As. enarius distributus est, denarii ra. xpeditiùs confici cœpit.*

QVINARIVS rationem Denaſequitur, eiusque dimidium est. ictus Varroni, *quòd quinos æris va. bat.* Passim & Victoriatus, à ſigno. linius: *Qui nunc Victoriatus appella. ur, lege Clodiâ percussus est. antea enim hic Nummus ex Illyrico advectus, mer. cis loco habebatur. Est autem signatus Victoriâ & inde nomen.* Pretium à quinis ad octonos Asses surrexit. quemadmodum è Plinio dixi.

SESTERTIVS in maximo usu, Quinarii dimidium; etiam *Nummus* καθ' ἐξοχὴν, & *Sestertius Nummus,* καθ' ἐπεξήγησιν. Sestertius autem Varroni, *quod Semis tertius. Dupondius enim & Semis antiquus Sestertius est.* Quasi dicas, è duobus Assibus

bus cōstare & tertii semisse. Eodem loquendi modo, ut adnoravit Volusius, in legibus XII. tabularum, *duo pedes & semis, Sestertius pes nominatur.* A primâ institutione mansit nomen, & aucto ad quatuor Asses pretio adhæsit. Ita Plinius, aliíque. Adjungo legem XXXVII. Cod. De Donationibus: *Verba superflua, quæ in donationibus poni solebant; scilicet, Sestertii, nummi unius, Assium quatuor, etius esse rejicienda censemus.*

LIBELLA, quæ & *Libella argenti, Decima* Denarii pars, ejusdem cum Asse pretii, quamdiu Denarius Decem Assibus permutatus. *Libella autem,* ut as libra. Plautus ...vis:

... ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

...*libellam debere* Ciceroni pro ..., *quod aliis ad Assem.*

...BELLA quasi semilibella, ... Denarii pars.

...NCIVS Sembellæ dimidium,

dium, quadragesima Denarii pars. Plautus Captivis: *Neque ridiculos jam Terumcii faciunt.* Sed hæc de Libellâ, Sembellâ, Teruncio, Varro confirmat, lib. IV. De. L. L. *Nummi Denarii decima libella, quòd libram æris valebat, & erat ex Argento parva. Sembella, quòd sit Libella dimidium, ut Semis Assis. Teruncius à tribus unciis, Sembella quod valet dimidiatum, & est quarta pars Libellæ, ut Quadrans Assis.* Quod autem Varro ait, *Libella libram Æris valebat*, item, *erat ex Argento parva*, referendum ad ea tempora, quibus Denarius Decem Assium erat.

Æstimatione verò Monetæ nostræ Denarius Regalem valet.

Quinarius, Stoterum, sive Semiregalem.

Sestertius, Braspennarium, sive Semistoterum, qui est Stuferus & quarta pars Stuferi.

Libella, Semistuferum.

Sembella, quartam partem Stuferi.

Teruncius, octauam,

CA-

CAPVT IV.

De Pecuniâ Aureâ.

ARGENTO jam quoque for- descebant digiti, *deciduâ*, ut cum Plinio dicam, *materiâ*, & in *Nummis* munditiës Auri placuit: placuit color igneus, & tanquam *elo derivatus*. Vt ubique dies esset, *ec facula accensa*: & toto quæsi- *m* orbe hoc metallum, ut in pecu- *e quoque luxum* sufficeret. Ergò iam Avaritia terram Virginem *quit?* Suffossa passim, & violata, *lescere coacta est*. Eâdem & flu- a necessitate exaruêre; Tagus in *aniâ*, *Padus* in Italiâ, Hebrus raciâ, Pactolus in Asiâ, Gan- *Indiâ*. Vicit Naturam cupidi- *minum, ac ne* sivit quidem li- n esse. Posterorum tandem *citas*, sive infelicitas ab a- rbe pependit. Sed nos de s dicamus: Amârunt au- ed plus tamen argento usi sunt,

tanquam evilesceret pecunia, am minima esset. Quid dicam? lari manus maluerunt, quàm impleri. Desinat igitur mirari ius, *populum solum victis gentibus ributo semper Argentum imperitasson Aurum:* cùm major esset Au. Avaritia, Argento extingui deiit. Percussus tamen Nummus est ureus, anno, ut Plinius adnotat, II. post Argenteum: & simpliciter AVREVS appellatus, vel etiam AVREOLVS: quam deminutionem Martialis amavit, non uno in loco: nos uno contenti simus, lib. XI. Epigr. XXVIII.

—Centum Aureolos sic velut Æra roget.

Sextulam dictam esse Isidorus docet, lib. XVI. Originum cap. XXIV. *quòd de iis sex Vncia compleatur.* Deinde: *Sextula bis assumpta Duellum facit, ter posita Staterem reddit. Stater autem medietas unciæ est, appendens Aureos tres, & vocatur Stater quòd tribus Solidis*

lidis ilet. Aureus igitur & *Solidus* appellari cœpit, sed serò, & postquam in partes divisus est. Solidus, *quia nihil illi deesse videtur*, ut placet Isidoro. *Solidum enim Antiqui integrum dicebant & totum*. Νομίσματος nomen idem ille adjungit, & suo modo explicat, *pro eo quod nominibus Principum effigiebúsque signetur*.

Partes igitur Solidi SEMISSIS & TREMISSIS. Semissis, dimidium olidi, sive *integri*; Tremissis, tertia *us* pars. Cogitabat & *Quartarium lexander Severus* inducere, scrite Lampridio, atque hoc Nummo *tigal* definire, quod sub Helio*alo ad Solidum* increverat: vehanc immutationem ratio Æ*passa non* est. In Aureo ponretiúmque expendendum est. *us Pliniano* illo tempore dua*Drachmarum* erat, sive unius i; quemadmodum examine *itũ est*. Pretium vigintiquinnariis æstimatum est; ergo

Quin-

Quinquaginta Quinariis, Centum Sestertiis. Dio Cassius lib. LV. χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω. *Aureum enim & ego nummum illum, qui valet Drachmas* XXV. *pro communi more appello.* Sed nolo Scriptorum calculos cumulare. Didymi apud Priscianum locus peculiaris est, & dignus exprimi: Τὰ δὲ χίλια σηστέρτια ποιεῖ διακοσία πεντήκοντα δηνάρια ἀργύρια, δέκα δὲ χρυσᾶ: *Mille Sestertii faciunt* CCL. *Denarios Argenteos*, X. *verò Aureos*. Inverto: Decem Aurei faciunt Mille Sestertios: ergo Aureus unus Sestertios Centum. Item: Decem Aurei faciunt Ducentos quinquaginta Denarios; ergo Aureus unus Denarios Vigintiquinque.

Æstimatione Monetæ nostrę Aureus vigintiquinque Regalibus computatur: totidem enim antiquitus Denarios valuit.

CA-

CAPVT V.

Supputatio Æris.

Ex Ære, Argéto, Auro qui Nummi fuerint, & quo pretio, ostendi. *Vsus superest*, & *supputandi modus, pari jam ordine* dicendus. Frustra enim Pecunia, nisi numeretur. *Sed nec ulla suavior* hominibus occupatio est, quàm & suam & alie-*um arcam ad calculos* revocare. *s hîc igitur* quicquid Romani Tederunt. Æs primum est, & inde *ium* ratio, ac numeratio duplici *lo crescit, secund*ùm duplex De- pretium, sive Denis, sive Se-*nis Assibus* computatum. Alte-ninus & antiquum fuit, alterū , & bello Punico secundo in *n. Vt priùs igitur* computem ETIVM ANTIQVVM, *uando* Decima Denarii pars cima quoque Regalis nostri , estque *semisstufersus*. *vel* Dupondius, Bini Æ-Asses, *Quincta pars Regalis*,

Quinquagessis, Quinquageni Æris, Quinquaginta Asses, *Semiphilippicus, sive 5. Regales, Florenus* & *5. Stuferi.*

Centussis, Centeni Æris, Centum Asses, *Philippicus, sive* 10. *Regales. qui sunt* 2 *Floreni* & 10. *Stuferi.*

Centussi autem, ut Varro ait, *ma-u AEeris vocabulum non erat*. Ergò *inceps,*

Duceni vel Ducenteni Æris, Du-ti Asses, *2. Philippici, sive 5. Flore-*

'receni, vel Trecenteni Æris; éti Asses, 3. *Philippici, sive 7. Flo-um Dimidio.*

uadringeni, vel Quadringen-iris, Quadringenti. Asses, *4. ci, sive 10 Floreni.*

ngeni, vel Quingenteni Æ-ngenti Asses, 5. *Philippici, si-'loreni cum Dimidio.*

Æris, Mille Asses, 10. *Phi-e 25. Floreni.*

Millia Æris, quæ, scribente

Livio, olim Divitiæ, 100. *Philippici, sive* 250. *Floreni.*

Centum Millia Æris, 1000. *Philippici*, sive 2500. *Floreni.*

Decies Centena Millia Æris, vel concîsè Decies Æris, 10000. *Philipp. sive* 25000. *Flor.*

Centies centena Millia Æris, vel iterū concîsè Centies Æris, 100000. *Philipp.* 250000. *Flor.*

Millies Centena Millia Æris, vel concîsè Millies Æris. 100000000. *Philipp.* 250000000. *Flor.* Sed ut adjungam

PRETIVM MINVS ANTIQVVM,

As cùm Decimasexta Denarii pars, *Decima quoque sexta Regalis* est, *Quarta pars Stuferi, & Seminovenarius.*

Dussis, *Octaua pars Regalis, sive Semistuferus* & *Novenarius, quem Semibraspennarium dicimus.*

Tressis, *Semistuferus cum Quadrante, quæ Blanca nobis, & Sesquinovenario.*

Qua-

Quatruffis, *Stuferus cum Quadrante, sive Braspennarius.*

Quinctuffis, *Sesquistuferus cum Seminovenario.*

Sextussis, 2. *Stuferi, Novenario minus.*

Septussis, 2 *Stuferi, & Sesquinovenarius.*

Octuffis, *Semiregalis, sive Stoterus.*

Nonuffis, *Stoterus cum Quadrante Stuferi, & Seminovenario.*

Decuffis, *Stoterus & Semibraspennarius, sive 3. Stuferi & Novenarius.*

Vicessis, Regalis & Braspennarius.

Trigessis, *9. Stuferi, Quadrans, Novenarius.*

Quadragessis, 2. Regales & semis.

Quinquagessis, *3. Regales, & Seminovenarius.*

ntussis, *6. Regales, & Braspen- sive Sesquiflorenus & Braspen-*

mi Æris, *Philippicus, & 2. Re- semidio, sive 3. flor, & Stoterus.*

ni Æris, *Sesquiphilippicus, 3.*

 egales,

PVTE
Loterus, siv
feri, Quadr
ni, 2. Philipp
s, qui sunt 6. f
, 3. Philippici
s, sive, 31. Reg
i sunt 7. floreni
ante.
Eris, 6. Philippi
ive, 15. floreni, 1

Millia Æris, 6
ve 156. floreni, 5.
tum Millia, 625
lor. cum dimidio
cies Centena M
sive 15625. flor
nties centena
. 156250. flor.
illies Centen
pp. 1562500. flor

CAPV
Supputatio
NTER Æs
ci Pependit u

a, fl
adra
lippici
6. flore
pici, R
Regal.
reni 16.
lippici, 2.
2, 12. Stufe
s, 62. Philippi
i, 5. Suferi.
625. Philippici, fl
dio.
Millia, 6250. Ph
lor.
a millia, 625
.
na Millia, 625000
r.
T VI.
o Argenti.
s Aurumque Arge
usus, numerandi
tio

tione potiſsimùm variatus. Placuit hæc moleſtia, non moleſtia: & ut ſcires laborioſè acquiri Nummos, ſic quoque computari debuerunt. Seſtertii ſunt, & ſcrupos ſuos ſive ambages habent: Denarius Quinariúſque ſimplici calculo abſolvuntur; quemadmodum à Livio, li. XLI. *Tulit in eo Triumpho Denariûm* CCC. VII. *Millia, & Victoriatûm* (hi Quinarii) LXXXVII. *Millia*, IↃCCII. Et alibi.

SESTERTIARIA autem Supputatio triplex eſt, *Maſculina, Neutra, Adverbialis*. Maſculina ſingulos nummos Seſtertios ſignificat: Neutra, ſingula Millia: Adverbialis, ſingula Centena Millia. Sic differunt, *Decem Seſtertii, Decem Seſtertia, Decies Seſtertiûm*. Decem Seſtertii, Decem Nummi ſunt, qui ſinguli olim Du-Aſſes & Semiſſem valebant, poſtea Quatuor. Decem Seſtertia, Decem Millia hujuſmodi Nummorum. Decies Seſtertium, Decies Centena

C 3 Mil-

PVTEA

en ubique
tantùm exc
c mutatâ for
Sestertii, ad
nt: singula de
tûm numerata
rántque Duo
Sestertiûm, si
quam bis Mille
am *Duo Sestertia*
quasi Duo Mi
n, qui Sestertii a
o Millia ad De
a sic computata
ter *Decies* effere
, *Duodecies*,
t siquid ultrà.
ctemus, tãtùm
ius est, sed cum
que Seneca
Quæ maxima in
gratia, potent
manda sunt.
onem ipsam,
r, *inspexeris*

u
exc
for
ad M
deinc
ata, V
uo Ses
, sive
Mille Sest
ertia Num
Milla con
ii appellant
Decies Cent
ata sunt, qua
erebantur: & sic
, ad *Millies* us
. Ergò si preti
m Sestertii sunt
mulatus; quer
notat, Episto
nter vos habentur.
tia, Sestertio Num
Hoc nescis, *nisi con*
quâ ista inter se æsti
s. Sed nunc ordin
tripli

ṛiplicem illam numeranc
em, Masculinam, Neutram
erbialem recenseo.

CAPVT VII.

Sestertii in Rationes du

SESTERTIVS Numm
ra Denarii pars. Pond
timatione Argenti ad
onetam referendus. Pond
æstimatio aucta: & non
die solet? Quatuor autem
Regalem nostrum Arg
ıstituunt, imò Denarium
nt; sive ille Decem olin
ecim Assium fuit. Regali
; quarta, nobis *Braspennari*
Sestertius, & hoc pretio
lus.

uo *Sestertii*, sive Numm
ertii Nummi, *Semiregali*
rius noster, 2. *Stuferi cum d*
res *Sestertii*, 3. *Braspennar*
uferi & 3. *Quadrantes*.
uatuor Sestertii, *Regalis*, *l*
ri.

Quinque Sestertii, *Regalis &*
...arius, sive 6. Stuferi cũ Quadr...
Decem Sestertii, 2. *Regales &*
sive 2. Stuferi cum dimidio.
Viginti Sestertii, 5. *Regales*
Florenus 5 Stuferi.
Triginta Sestertii, 7. *Reg...*
Semis, sive Florenus, 7. Stuferi, c...
midio.
Quadraginta Sestertii, 10. *R...*
sive 2. Floreni, 10. Stuferi.
Quinquaginta Sestertii, 12...
& Semis, sive 3. Floreni, 2...
les... cum dimidio.
Centum Sestertii, 2. *Phil...*
Semis, sive 25. Regales, qui sun...
reni 5. Stuferi.
Ducenti Sestertii, 5. *Philip...*
Regales, qui sunt 12. Flor...
50. Stuferi.
Trecenti Sestertii, 7. *Phi...*
Semis, sive 75 Regales, qui...
Floreni, 15. Stuferi.
Quadringenti Sestertii, ...
lippici, sive 100. Regales, qu...

Floreni.

Quingenti Sestertii, 1 *& Semus, sive* 125 *Regales,* *Floreni*, 5. *Stuferi.*

Sexcenti Sestertii, 15 *sive* 150 *Regales, qui sunt* 3 10 *Stuferi.*

Septingenti Sestertii. 17 *& Semus sive* 175 *Regales.* *Floreni*, 15. *Stuferi.*

Octingenti Sestertii, 20 *sive* 200 *Regales qui sunt* 5

Nongenti Sestertii, 22 *& Semus, sive* 225 *Regales, q* *Floreni*, 5. *Stuferi.*

Mille Sestertiûm, vel Nu on Sestertii, 25. *Philippici* *gales, qui sunt* 62. *Floreni* *i.*

DEINCEPS verò varietas m eodẽ *Genere & Modo nu diuerso.* Eodem *Duo Milli* , vel *Nummûm*. Et sim *Millia, Tria Millia Ses* *Nummûm*, & *Tria Millia.*

tuor, Quinque, Decem, Centum
Mox Ducenta, Trecenta, Quadr
ta, Quingenta, Sexcenta, Septin
Octingenta, Nongenta, Millia
tiera vel Nummûm, & simp
Ducenta, Trecenta &c. Sest
non verò Nummûm. Tum
Centena Millia, breviúsque,
Centena, brevissimè, Decies
Centies Millies. Atque hæc
bialis illa Supputatio, quæ t
locum occupat. Sed, ut istu
am illæ de Eodem Genere
do Formulæ paucis obiter ex
confirmandæ sunt. Quinque
Sestertiûm Cicero dixit, Actio
in Verrem: Facta est sponsio Sest
quinque Millibus. Quadringēta
mûm Plinius, lib. VIII. cap. XL
fratrum CCCC. Nummûm emptū
Senatori, auctor est Varro. Du
Millia Suetonius, Nerone: Fun
est impensâ Ducentorum Millium.
Diverso autem Genere & M
creber usus pro Masculino hîc

rum usurpavit, à Mille Se
d Decies Centena Milli
ertia Supputatione ductâ

CAPVT VIII.

Sestertia ad calculos revoc

DELICIÆ Romani
nis sunt, & facili err
minari solent. Ecce *Mille*
, non *Mille Sestertii* dic
m tamen tot Sestertii sun
uno ad Mille numerentu
præ adjectivo substantiv
, & ut regimen suum Mi
are in plura obtineret: C
formâ *Mille hominum, M*
um, Mille passuum, venust
mos Scriptores usurpantu
is etiam inflectere ausus e
Milli Nummûm potes uno q
Centum.
t, ut A. Gellius explicat l
XVI. *Unis Mille Nummis, Ce*
, ubi notandum & *Mille*
& *Mille Nummos* dici, Se

os non dici. Nummûm à Lucilio
nummos à Gellio. Priorem formu
m è Cicerone confirmo, Oration
in Antonium: *Itane Ianus Me*
in L. Antonii clientela est? qu
gam in illo Iano inventus est, qui
tonio Mille Nummûm ferret expe
Posteriorem è Martiale, lib.
pig. LXXV. Totum adscribo, ut d
men Generis simul notetur.

lia Viginti quondam me Galla
poscis,
Et fateor magni nō erat illa ni
nnus abit, Bis Quina dabis Se
tia, dixit:
Poscere plus visa est, quàm pr
illa mihi.
Duo poscenti post sextum M
mensem,
Mille dabam Nummos, noluit
cipere.
ansierant bina forsan, trinæve
lenda,
Aureolos ultro Quatuor ipsa pe
Hic *Millia viginti*, sunt *Viginti N*

a Sestertiûm, vel *Vigin*
Contrà, *Bis Quina Seste*
Decem Millia, sive *Decem*
stertiûm. Deinde, *Duo Milli*
Millia Sestertiûm, *vel Du*
Tandem *Mille Nummi*, s
Sestertiûm. In Supputatio
hactenus habuimus Sester
mutato Genere Sestertia:
quia ad Mille perventum
centem cumulato calculo
ad simplices iterum numer
i brevitas duxit; & quot
tertia, tot Sestertiûm Mill
Etenim *Duo Millia Sestertiû*
Sestertia pari pretio habita:
a, & *Tria Sestertia*: *Quatuor*
t *Quatuor Sestertia*, usque a
ectè omnia: quemadmodu
um esset *Millia* & *Sestertia* ju
urâ efferre. Martialis illu
ramma prorsùs ad rem est; s
us ab hoc Ciceronis loco
ctione v. in Verrem: *Ses*
ucenta Quinquaginta Milli

...toris data. Et mox de eâdem Po-
...iâ: *Numerantur illa Sestertia Du-*
... *Quinquaginta Syracusanis*. Ecce
... ibi *Millia Sestertiûm* sunt, hîc *Se-*
...tia. Et sic ubique Sestertii singu-
... indicabant, Sestertia tot Millia.
... putatio hunc in modum produ-
...est.

Bina Sestertia, Duo Millia Sester-
...m, sive Nummûm, *50. Philippici, si-*
...500. Regales, qui sunt 125. Floreni.

Terna Sestertia, Tria Millia Se-
...tiûm, *75. Philippici, 750. Regales,*
...7. Floreni cum dimidio.

Quaterna Sestertia, Quatuor Mil-
... Sestertiûm, *100. Philippici, sive 1000.*
...gales, qui sunt 250. Floreni.

Quina Sestertia, Quinque Millia
Se-stertiûm, *125. Philippici. sive 1250.*
Re-gales, qui sunt 312. Flor. 10. Stuferi.

Dena Sestertia, Decem Millia
Se-stertiûm, *250. Philippici, 2500. Rega-*
les, 625. Floreni.

Vicena Sestertia, Viginti Millia
Se-stertiûm, *500. Philippici, sive 5000.*
Regales,

Regales, qui sunt 1250. Flor.

Tricena Sestertia, Trig
ia Sestertiûm, *750. Philippic*
Reg. qui sunt 1875. Flor.

Quadragena Sestertia, Q
ta Millia Sestertiûm, *1000.*
sive 10000. Reg. qui sunt 25

Quinquagena Sestertia
quaginta Millia Sestertiû
philippici, sive 12500. Rega
125. Flor.

Centena Sestertia, Cen
ia Sestertiûm, *2500. Phili*
5000. Regal. qui sunt 6250. F

Quingentena Sestertia, C
Millia Sestertiûm, *12500. Ph*
25000. Regal. qui sunt 31250.

Et sic Sexcentena, Sept
a, Octingentena, Nong
ost hæc, quia Nongentena
a erant Nongenta Millia S
n, relicto Neutro ad Masc
ormula rediit, nec jã *Mille S*
d *Decies Centena Millia Se*
ci obtinuit, qui tot erant Se

& Aduerbialis locutio usurpata

CAPVT IX.

Supputatio Sestertiorum Adverb

APVD Antiquos Romano
fuisse numerum ultra C
Millia Plinius notat. lib. XXXI
x. Ita*que & hodie*, inquit, *mult*
tur. Hæ*c, ut Decies Centena Mill*
sæpius *dicantur*. Dicta in Nu
qu enim Mille millia Sest
no leges; sic nec Mille Se
Er*go Decies Centena Millia Ses*
ve*l Decies Centena Millia*, ve
Ce*ntena*, vel *Decies Sestertiûm*
ia Laconicâ ratione *Decie*
qu idem frequenter, teste Pl
in Antonio: Τῶν φίλων τινὶ
ex ... λευσε πέντε καὶ εἴκοσι δωθῆν
Po ... αῖοι Δεκίες καλοῦσι: *Amic*
dam *Vigintiquinque Myriades*
sit *hoc Romani Decies dicunt*
quinque Myriades, Drach
Myriades sunt: & Drachm
Mi. Ergò Ducenta Quinq
Millia Denariûm, sive Dec

ena Millia Sestertiûm. E
itate Martialis lib. I. Ep
Aut vive, aut Decies Se
Deis.

Et dixerat eodem Epigra
Si dederint Superi Decies
lia Centum.

Sic igitur & *Vicies*, & C
Millies. Sed ab Adverbiis
olens sermonis ratio & inf
men confirmata; quâ D
Genitiuus pluralis Sestertiû
isus singulares cœpit. *Hoc I*
rtium, Hujus Decies Sester
ecies Sestertio. Tacitus lib.
l. de Fonteii Agrippæ Filiâ
amvis posthabitam Decies Sest
solatus est. Idem lib. III. *M. F*
lignitate, & accepto Quinqua
rtio in decem annos relegaretu
non alienus, lib. VIII. De L
Mille, hujus Mille; sic hoc I
us Decies. Hinc jam igitur su
ius.

Decies Sestertiûm, sive De
D

Philipp. sive 250000. Regal. qui 62500. Flor.

Vndecies Sestertiûm, 27500. Philipp. sive 275000. Reg. qui sunt 68750. Flor.

Duodecies Sestertiûm, 30000. Philipp. sive 300000. Regal. qui sunt 75000. Floreni.

Tredecies Sestertiûm, 32500. Philipp. sive 325000. Reg. qui sunt 81250. Flor.

Quaterdecies Sestertiûm, 35000. Philipp. sive 350000. Reg. qui sunt 87500. Flor.

Quindecies Sestertiûm, 37500. Philipp. sive 375000. Regal. qui sunt 93750. Flor.

Vicies Sestertiûm, 50000. Philipp. sive 500000. Regal. qui sunt 125000. Flor.

Trecies Sestertiûm, 75000. Philipp. 750000. sive Regal. qui sunt 187500. Flor.

Quadragies Sestertiûm, 100000. Philipp. sive 1000000. Regal. qui sunt 250000. Flor.

Quin-

Quinquagies Sestertiûm, *hilipp. siue 1250000. Regal.* *12500. Flor.*

Centies Sestertiûm, *2500* *op. siue 2500000. Regal. qui sunt* *Flor.*

Millies Sestertiûm, *2500000* *ue 25000000. Regal. qui sunt 6* *or.*

Decies Millies Sestertiû *25* *ilip. siue 250000000. Regal. q* *500000. Flor.*

Centies millies Sestert *0000000. Philipp. siue 25000* *gal. qui sunt 625000000. Flor.*

CAPVT X.

De Supputatione Auri.

AVRVM faciliùs numeresq æstimes: ratio pretium se in Nummis singulis compu Ergò Bini, Terni, Quater ni, Deni, Viceni, Centeni, sunt, & paruo cumulo ing summam constituunt.

Vnus Aureus, C. Sesterti
Denarii, *sive totidem hodie n*
gales.

Duo Aurei, CC. Sesterti
narii.

Tres Aurei, CCC. Sester
Denarii.

Quatuor Aurei, CCCC.
Denarii.

Quinque Aurei, IↃ.
xv. Denarii.

Decem Aurei, ∞. Se
CL. Denarii.

Centum Aurei, X. Mil
iûm, ∞. ∞. IↃ. Dena

Mille Aurei, C. Millia S
xv. Millia Denariûm.

Centum Millia Aureo
ties Sestertiûm, XXV. Ce
lia Denariûm.

Decies Centena Mill
rum, Centies Millena Mi
tiûm, Ducenties Quinqu
tena millia Denariûm. Se
sic computata, & occupa

a Romana maluit; tanquam
satis Majestas staret. Hinc
pud alios Aureis, apud alios,
nis sive Sestertiis computata
es. De Orhone Suetonius:
es cœnâ Principem exciperet Au-
cubanti cohorti viritim divide-
citus lib. 1. Historiarum: *Co-*
ecubias agenti viritim Centenos
eos divisos esse. Contrà Tacitus
nnal. à Claudio *pretium Advo-*
is constitutum usque ad Dena
tia. Vlpianus leg. 1. De extra-
ariis cognitionibus, *pro singulis*
, usque ad Centum Aureos.
æc Æris, Argenti, Auri Ratio
faciliúsque numerandi consti-
nodus potuit, quàm habendi.
sus, aut Crassus sis licet, si ava-
st animus, nullo numero satia.
sed aliis inopia, alijs copia gra-
lt; & cum necessitate homines,
cupiditate luctantur. Quærunt
nes divitias, ne miseri sint; sed
leri nequeunt, ne felices sint.
D 3 *Quis*

PECVNIÆ R. RATIO.

Quis modus argento, quid fas aptare, quid asper
Vtile Nummus habet,

Sapientia ostendit. Sapientiæ tamen pars est, scire Pecuniam, quâ Romani usi sunt, potentissimique fuêre; & supputare, quâ non ditior ipse, sed doctior evadas. Hunc æstimavi thesaurum; &, ne avarus essem, publici juris feci.

IN
ÆS, ARGENTVM, AVRVM ROMANORVM.

ÆRE rudi primos numeravit Roma thesauros:
Ærea dum virtus, Aurea Roma fuit.
Mollior Argenti succedens vena, viriles
Dissolvit mores: Ærea Roma fuit.
Ast Auro postquam vitiorum copia crevit,
Incidit in Scoriam: Ferrea Roma fuit.
Ferrea, sed fragilis, venientibus apta ruinis,
Vt caderet, nimias accumulârat opes.

FINIS.

NVMERI ROMANI, NOSTRIS EXPRESSI.

VNVM,

. ———————— I.

QVINQVE,

ſ. ———————— 5.

DECEM,

:. ———————— 10.

QVINQVAGINTA,

'. ———————— 50.

CENTVM,

. ———————— 100.

QVINGENTA,

Ↄ. ———————— 500.

MILLE,

IↃ. ∞. ———————— 1000.

QVINQVE MILLIA,

ↃↃ. ———————— 5000.

DECEM MILLIA,

CIↃↃ. ———————— 10000.

VINQVAGINTA MILLIA,

ↃↃↃ. ———————— 50000.

CEN-

CENTVM MILLIA,
ꟾↃↃↃ. ——— 100000.
[Q]VINGENTA MILLIA,
ↃↃ. ——— 500000.
[D]ECIES CENTENA MILLIA,
[C]CIↃↃↃↃ. ——— 1000000.
[Ex]hi quidem numeri, sed Latinè [scri]buntur: imò & Barbarè. An ma[gis] ostendo?

[V]num, simplici notâ, 1. & sic omnes in[fra] Denarium.

Decem, duabus 10. & sic omnes infra [Ce]ntenarium.

Centum, tribus, 100. & sic omnes infra [M]illenarium.

Mille, quatuor, 1000.

Decem millia, quinque, 10000.

Centum millia, sex, 100000.

Qui deinceps sunt numeri, adverbialiter:

Decies centena millia, septem notis, 1000000. vulgò Mille millia, *sive* Millio.

Centies centena millia, octo, 10000000. vulgò, *Decies Millena millia, sive Decem Milliones.*

Millies centena millia, novẽ, 100000000. vulgò, *Centies millena millia, sive Centum Milliones.*

Decies millies centena millia, decem, 1000000000. vulgò, *Millies millena millia, sive Mille Milliones.*

Cen-

iillies centena millia, undecim;
oo. vulgò; *Decies millies millena*
ecem millia Millionum
ntena millia millies, duodecim,
ooo. vulgò *Centies millies millena*
ntum millia Millionum.
llies centena millia millies, tre-
000000000. vulgò *Millies millies*
sive mille millia Millionum.
iillies centena millia millies,
n, 10000000000000. vulgò, *De-*
ies millena millia, sive Decies mille
m.
illies centena millia millies,
00000000000000. vulgò, *Centi-*
s millena millia, sive Centies mille
n.
autem hîc quædam sit, & ex-
ierator viam ineat, vestigia hæc
andiori omni summâ primæ
virgulâ separandæ sunt: dein-
eque.
oo/ 000/ 000/ 00000.
rgula Centena millia indicat:
es centena millia: tertia, mil-
illia millies: quarta, millies
a millia millies. Atque hanc
es numeri sequuntur. Exem-
iti simus:
4/ 567/ 891/ 23456.
llies millies centena millia
et: 234/ Ducenties trigesies
centena millia millies. 567/
Quin-

Quingenties sexagies septies millies centena millia: 891 / Octingenties nonagies semel. centena millia: 23456 / Viginti tria millia quadringenta quinquaginta sex.

SATIS sic ista, & tædet prosequi. Nam Arithmetica mea, Astronomica, Cosmographica, aliáque hujus notæ, quæ aliquando scripsi, furto mihi nuper ablata sunt. Tantum ausus dyscolus quidam è frigidiore plagâ, qui ut sibi malus esset, mihi iniquus, malè de te, Lector, mereri voluit. An hoc solum ejus crimen sit, nescio: etenim ut Musarum hanc sedem desereret, fugit.

APVD GRÆCOS

NVMERANTVR,

CHALCON, *Obolus*, *Drachma*, *Mina*, *Talentum*, *Stater*.

CHALCON ut est apud Iul. Pollucem, octava pars Oboli; unde *Dichalcon* quarta, *Trichalcon* utriusque illius pretium.

OBOLVS, sexta pars Drachmæ, sive Denarii: unde *Diobolon*, *Triobolon*, *Tetrobolon*; Duo, tres, quatuor Oboli.

DRACHMA, cétesima Minę: unde *Didrachmon*, *Tridrachmon*, *Tetradrachmon*, duæ, tres, quatuor Drachmæ.

MINA, Sexagesima Talenti.

TALENTVM autem communiter pro Attico, & ab Æginæo, Euboico, Babylonio, aliisque distingui solet,

SVNT

SVNT IGITVR,

n Talento LX. Minæ, VI. Millia Drachrum. XXXVI. Millia Obolorum. Sestertia. v.

n Minâ C. Drachmæ, IↃC. Oboli. Setii CCCC.

n Drachmâ VI. Oboli. Asses antiquo prex. postea XVI.

1 Obolo, Octo Chalca. Asses II. & II. tantes, si denis Drachmam Assibus æsti- :vel Assis I. & II. Septantes, si Semisde.

TATER, siue *Aureus*, variè à Regibus ellatus, & hinc *Semistater Semiaureus*. Pretiad XXV. quoque Drachmas deductum par Romano.

APVD HEBRÆOS

M ET PRETIVM HABENT

Geràh, Sécel, Mánech, Cicàr,

interpretatione D. Hieronymi,

bolus, Siclus, Mina, Talentum.

ERAH, siue Obolus, vigesima pars Sicli. Exodi cap. XXX. zech. cap. XLV.

ECEL, siue Siclus, qui & Areus, & Stater Argenteus, Sexana Minæ, XX. habet Obolos. Ibi-

MANEH, sive Mina, centesima
lenti, LX. habet Siclos. Ibidem.
CICAR, sive Talentum, IV. Ta-
tis Atticis par, C. habet Minas.
ephus lib. III. Iud. Antiq. c. VII.

SVNT IGITVR,

In Talento, Hebraïcâ ratione, C.
næ (malè interpretes L.) VI. Mil-
Siclorum, CXX. Millia Obolo-
i: Græcâ, IV. Talenta Attica,
V. Millia Drachmarum: Latinâ,
dē Denarii, sive, XCVI, Sestertii.
n Minâ, Hebraïcâ ratione, LX.
i. ∞.CC. Oboli: Græcâ, CCXL.
ıchmæ: Latinâ, totidem Denarii.
C ∞.LX. Sestertii.
n Siclo, Hebraïcâ ratione, XX.
oli: Græcâ, IV. Drachmæ, (malè
rpretes Didrachmum:) Latinâ,
dem Denarii, sive XVI. Sestertii:
trâ, *Florenus*.
n Obolo, Græcâ ratione, Obolus
icus, & quinctâ par Oboli: Lati-
III. Asses cum Sextante, & quin-
parte Sextantis: nostrâ, *Stuferus*.

In

ecuniam Antiquam
Amplissimo V.
IO PVTEANO
uæ comparatam.

ITIS *Ausonii nuper Sti-*
endia fabrè
è tricis ruderibúsque suis,
hinc veteris limat scoriám-
ue MONETÆ,
ratem ad trutinam χρήμα-
prisca trahens,
totidie doctis oracula libris
bris GRVDIA *Phœbus ab*
CE *tonat.*
celera gressus, hinc elice ve-
m,
n fors antiqua dant dubium
lebra.
Delphis nam transmigravit
pollo;
iam & tripodem DILIA
oster habet.

ELCHIOR DAELHEMIVS
uguft.

34

ERYCIVS PVTEANVS V. A.
Stilo & ingenio cum Romanâ
Vrbe comparatus.

ROMA *potens opibus: tu mente animóque. Sed illa*
Non contenta suis: tun' PVTEANE *tuis?*
Omnia cùm tenuit, nequicquam plura cupivit:
Tu cùm cuncta scias, plura tenere potes?
Sic tamen absimilis Roma. nam condidit illa
Quas cumulârat opes: promis at ipse tuas.

PETRVS IACOBÆVS
LOÖDONENSIS.

95

CENSVRA.

Romanæ Pecuniæ ra-
m, Hiſtoriæ & Anti-
tis lucem non imme-
ixeris; quæ cum nihil
it quod offendat, ſed
ſuauiter afficiat, ad
iitionis Antiquitatis
orem fructum utili-
odibit in publicum.

VILIELMVS FABRI-
CIVS, *Apoſtolicus & Archidia-*
calis Librorum Cenſor.

CVM PRIVILEGIO
PRINCIPALI.

ERRORES

Pecuniæ Ratio non patitur.

Pag. 18. [illegible] Plumbea, l. 14. Quadra[illegible] Pag. 66. l. 12. 1000000. [illegible]sequ. 2500000. [illegible] 69. l. 21. Duos. Pag 73 l. 23. & 24. N[illegible]: & simpliciter, Duo millia [illegible], *Tria millia*. Pag. 74. l. 4 Nō-[illegible]*ta millia* lin. 18 Quadringenta millia Nummûm. l. 20. CCCC. *Millibus Nummûm* (ita enim explendus hic locus) *emptum*.

